

cur hoc me silentio puniendum censeat Vir Incompara-  
bilis, et quem ego, quidem maxime, quanti decet esti-  
mo facitque. ΕΙΣΚΕΝ' Ὀυροδίου τριυλοῦρον. Heinsium  
quandiu spirat, quaso de, reminiscamur Heinsium  
esse. Inscripti et illi chartulam, ut, siue capiatur  
his, siue non capiatur, veluti ad aram Patris, ac ve-  
luti munus deponatur.

Westerbano: (434)  
ἨΕΕΙ ΤΩΝ ΕΥΧΑΙΩΝ, Vir Eximie, que dicebam penes  
me latere, ista fere sunt. Ego cum penitus intro-  
pexi, parum te latuisse patuit, dum editionem  
adornares, cum qua non inopposite quadrasset. Neque  
una causa est, cur suppressa nunc quoque mavelem  
quam ut lucem adeant: quod serio medicere, velim  
te meminisse, si quando quid ejusmodi vulgaturus es.  
Accedunt ad haec salsa, insulsa quadam, et magnope-  
meam desipula tamen, et hoc nomine fortassis  
tibi minus futura insipida. Occasionem Grijpho quem  
vides, dedit Aenigma de Testudine Musica, nuper a  
Schurmannâ promissum, cujus et hic exemplar habes.  
Vale. 28. Martij 1693.

~~Westerbano~~

~~Adolpho Vorstio~~  
Adolpho Vorstio.

Vir amplissime ac doctissime. (436)  
Scriptoribus rei rusticae Latinos. M. Catone putat. Fer-  
raro. Palladium, et L. Polunella contubernatibus  
in vitale meo uti soleo quam familiariter. qua-  
les nimirum Colonij anno MDCCXXVI. Joannes Gym-  
nicus in 8<sup>o</sup>. caecidit. Haec editio cum de re  
politica sit, et nimis quam mendosa, consulendum  
te imprimis duxi, ut si quis praestantissimos auctores  
meliori forma vulgaverit, indicare digneris, et  
quavis gratia redemptos ad me transmittere. Tum  
si quis eos aut notis, aut uberius commentario  
illustraverit. Experiens Vir, gratissimi munus est  
scire, et me meis sumptibus comparari. Reperiuntur  
in Catalogo officinali, Victorius Scaliger, Fulv. Ursinus,  
et alij, qui tales quid moliti sunt, editi Heidelbergae  
apud Commelinos in Octavo. MDCCXXIII., et seorsim  
Cato.

Cato Lugduni Batarorum apud Raphelengium MDCLXCV.  
 Hæc in Octavo. Invenio ibidem Theodori Quingeri  
 opusculum, quod Methodum inscripsit Rusticam Catonis atque  
 Varronis, Basilea editum MDCLXCV. in octavo, et Courati  
 Heresbachij denique Rei Rusticæ libros quatuor. Spiræ  
 in 4<sup>o</sup> excusos, ut et Noribergæ similes quid à Prochimo  
 Camerario in 8<sup>o</sup> MDCLXVI. Horum omnium si quid  
 instruendo mihi agricola tironi facere existimabis, aut  
 recutius porro quid et præstantius elaboratum noveris,  
 quæso te, certiorum facere me ne graveris. Non occurrit  
 cujus ad hæc indaganda consilio præ te in omni Academia  
 uti possem certius aut expeditius. addam et amicis.  
 si pro necessitudine, quæ non inperâ est inter nos, otio  
 me tuo tam familiariter abuti poteris in re nimirum  
 a professione tuâ minus aliena. Vale vitæ amice et  
 opellâ meâ, cum feret usus, pari libertate fruere. Scrib.  
 Haga Com: xv. Id: Sept: MDCLXIII.

Tuus quem nosti  
 G. Hugenius.

De morte magni Salmasij, heri nobis  
 nunciata, atque vobis, ut arbitror  
 inaudita, unâ tecum doleo, et quidem  
 ἔκ μὲν ἔσθ' ἄνθρωπος. Homo fuit, et ab  
 humanis aliquot imbecillitatibus  
 minus quam voluissem insensibilis.  
 at rei literariæ tamen sidus illustrissimum  
 quatuor hunc sæculo non ullum temerè  
 oriturum speres. Ecce de magnis adversariis  
 ut fato decet nec placuit, alterum judicij, alterum  
 totâ vitâ luce orbavit. Adeoque vi diremptis tant  
 quos expediret, placatas animas Creatori obtulisse.  
 Inter Græculos item, si qui satis doctè rusticati  
 sunt, ut Latinis accenseri mereantur, expectabo  
 ut de his quoque judicium facias.

Westerbanio. Quando tu quidem seriò id vis videri velle, ecce vitæ  
 Clarissime ac doctissime, pufili et jocosè dramatis,  
 nuper à me affusi exemplar. quale nunc demum  
 in adversariis, alienâ manu descriptum, ipse meâ  
 Calliopius recensui. Si tantum tibi restuâ est  
 otij, ut a capite ad calcem perlegas, meminisse  
 velim, prope ratum opus esse, et si calculum horarum  
 exigas